

Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius SS. Th. D. & Professor
Ad Exequiarum Solemnitatem, Quam ... Iuveni Dn. Fabiano Kölchen/ Ex Aedibus
... Viri Dn. M. Christiani Michaelis ad D. Jacobi Pastoris instituent Hospes &
Populares, Omnium ordinum cives ... invitat ...**

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771553560>


Druck Freier  Zugang




Quistorp, J.,

in F. Kölich.

R. 1639.





RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVI-
STORPIUS SS. TH. D. &

Professor

Ad

EXEQUIARUM SOLEMNITATEM,
Quam...

Nob. & Præstantiss^{mo}. Juveni

DN. FABIANO
BÖLJCHEN/



Ex Ædibus

Rev. & Cl. Viri

DN. M. CHRISTIANI MI-
CHÆLIS ad D. Jacobi Pastoris
instituent

Hospes & Populares,

Omnium ordinum cives, quo par est, studio
invitat in ædem Jacobæam ad horam
primam...

• • • • •

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. Anno 1639.

Б

Я потея
Приходитъ
Иоаннъ
Андрей
Мария
Диана
Изабелла
Анна
Мария
Катерина
Наталия



Miranda certè res est. Unusquisq; nostrum , simul ac maternis mersit è latebris temporum lapsu ac horarum quasi fluvio exceptus tacitè abripitur, ita ut semper quem vixit diem à tergo relinquat , nec unquam ad hesternum reverti , etiam si maximè contendat, possit. Ethoc illud esse videtur Philosophi, Bis in eundem fluvium non colloca- ri pedem,. Nos vero præclarè nobiscum agi putamus, si illud plus quam Alexandrinum , Plus ultra , meditemur , & cogitationes no- stras in dies & annos quam plurimos promitta- mus; ætatumq; successione , tanquam ingenti lucro gaudemus, & beatum arbitramur , qui ex ætate puerili ad juvenilem , ex ista ad virilem & senectam ætatem evadit. Verum non animadvertisimus inperiti , omne id vitæ spa- tium , quod emensi vivendo sumus , jam pe- risse: neq; hanc , quam vivimus, effluere & perire sentimus ; licet ipsam præteriorum & jam elapsorum annorum spatio seu modulo metiamur; Imò ne cogitamus quidem , quan-

A 2

tu

tum nobis ad vivendum temporis indulgere
volet is, qui ad hanc nos peregrinationem, an
exiliū, transmisit vel etiam extrusit: non cogi-
tamus, quæ ad hujus curriculi vel itineris metā
sarcinæ sint leves & expeditæ, non quæ gra-
ves & molestæ, hum. adhærentes, quæq; per
angustam viam ferri, per angustam januam in-
tromitti non possunt, ipsos etiam bajulos suos
ijs onuslos & impeditos excludunt. Atqui
beatis esse licebat & hic & illic, si supervaca-
neis, nec necessarijs, imo & pernicio sis reli-
ctis, ea in armum tolleremus, quæ animum
ornarent, corpus non tumidum, non timi-
dum, non ignavum atq; iners, ad omne opus
bonum segnie & inidoneum redderenr. Atqui
decipimus nos ipsos & aquam cribro haustam
in perforata dolia fundimus, adeoq; operam
& oleum cupidi, ambitiosi, voluptati ac lasci-
viæ dediti perdimus. Adeste juvenes præser-
tim Studiosi, & æratis vestræ conditionem
discite, si ignoratis. Κέφον ἡ νεότης, ait vir magnus,
χ. Σκίνηπον τες πὲ Φαῦλα: Ἐπιθυμία δύσκολενται, δραΐ
θηριώδεις, τερπέται καὶ ύβρις, ἐπερηφάνεια τῇ Φυσιώσεις,
σωτήροφα τῇ νεότητι πάθῃ. Φθίνοι τες πὲ ὑπερέχον, ὑποψίαν τες
τὸ οὐκεῖον μυεῖσαν κρηπῶν εἰσὶδε σωτῆρισται τῇ νεότητι. Levis
res est juventus & ad mala proclivis mobilisque;
Cupidi-

Cupiditates effrenatae, iracundia ferina, pertulantia insolens, flagitiosa, contumeliosa, fastuosa ac supercilij elati plena: Eminentioribus invida, de familiaribus male suspicatur, innumerum deniq; vitijs examen cum juventute, praesertim non optime educata, non instruta, suaq; lasciviae permissa, conjunctim est. Intertales vero diversi eminent velut inter ignes Luna minores, de quibus literae sacrae loquuntur, qui vitam suam instituunt juxta Dei legem, ejusq; viam ingrediuntur hanc lucernam habentes ante pedes & oculos assiduam. Quo ex numero fuit juvenis nobilissimus, pietate, virtute & eruditione haud minus quam genere pollens præstansq; ut ipsa vitae series bona fide nos docet, quam verbis familiarium amicorum & popularium subjicimus.

FABIANUS KÖLICHEN *Juvenis*
Egenere, virtutibus eminentissimus natus
est in Silesia An. Christi Servatoris M. DC.
XVI. post tertiam matutinam dici XXVII. mensis Novembris, qui fuit festus Esaer Adventus
Dominii nostri. Ingressum in luminis oras, E in
hanc mortalium scenam exceptit novum Mundi

A 3 incolam

incolam domus paterna , tum temporis Lubæ Si-
lestorum , quod nec ignobile , nec inamœnum est
oppidum Illustriſſimi Principis Lignicensis . Hæc
illi prima ſedes fuit ; hic edidit primos vagitus , mi-
ſeriae humanae prænuncios . Patrem habuit Dn.
JO A C H I M U M KÖLICHEN auff
Raschmansdorff vnd Rüſtern / virum familiae
claritate , animi generofitate , virtutibusq; insi-
gnibus excellentiſſimum olim : Matrem BAR-
BARA M Vermuthen / matronam & genere ,
& dotibus egregijs ſuorum sexus maximè conſpicuam ,
& ſupra alias dilaudatam . Ille jamdudum
ante annos XVI nostro annum VII . vix exceden-
te fecit , quod ſibi faciendum fuit , & nobis
omnibus faciendum eſt , quicunq; ſumus de ge-
nere hoc mortalium misero , & infelici : Hæc ve-
rò versatum adhuc inter vivos , & inter lacru-
mas meras , & continuos luctus etatem exigit ,
orbata filio cariſſimo . Curatus fuit ab optimis
Parentibus extempulò omni cura & ſollicitudi-
ne , ante omnia adscriptus cœtui Christianorum
præſtitio ſacri federis ſacramento : exinde à pri-
mâ statim pueritiâ bene pudiceq; habitus & edu-
ctus , apud omnes impetravit gratiam & appro-
bationem . Quippe emicuit è uestigio alacris in-
genij

genij vigor , Et dederunt sese manifestissima
bona mentis , ac nobilissima indolis significatio-
nes : cum in modum , ut ad ipsum dici poterat ve-
riSSimè , quod ad Telemachum Homericum ;
et natus ex exercitu idem . Ea de causa Et à Pra-
ceptoribus privatis primo intra lares patrios , de-
inde quoq; publicis , tum Iacobensibus , ubi natus
erat , tum alijs , imprimis vero , viro celeberrimo
atq; Doctissimo Dn. DANIELE WAN-
CKIO Scholæ Glacensis , Münsterbergensis , ac
tandem Greiffenbergensis quondam Rectore (sub
cujus ductu Et disciplina totos tres annos contri-
vit) excultus fuit , atq; perpolitus diligentissime ,
quorum monitis Et promptè obtemperavit , Et do-
ctrina profecit laudabiliter , ut , positis solidis ar-
tium Et linguarum fundamentis , in celebratissi-
mum Gymnasium Elizabethanum , quod Vra-
tislavia est , ampliorem literarum mercatum mis-
sus fuerit , quod factum est anno cl. lcc. XXXV.
Biennium in eâ Palastrâ consumsit , nonquidem
otio , aut male agendo , sed strenue atq; gnaviter
vires exercendo , quod omnino facere aquum est
eum , qui unice discipit sese penetrare ad Virtu-
tis Et gloria Aedem , in quo noster totus fuit , Et
efficiisset projecto (consiq; jam pervenerat) nisi
posita

posita illa fuisset fatalis meta ab illo , qui vitam
¶ mortem hominum suo sub Numine torquet ,
cujus terminos transgredinequivit . Nam postea-
quam colere cœpisset hanc Musarum officinam ,
in hac nobili Academiâ , in quam primum pedem
intulit XV. Junij M. DC. XXXVII. Re-
ctore Magnifico Cl. ¶ Consult. Viro Dn. HEN-
RICO RHANEN , J. U. D. & P. P. eandem
ingenij obtinuit solertiam , eandem in studijs con-
stantiam , eandem in moribus integritatem . As-
siduus fuit in collegijs Logicis , Metaphysicis ,
Ethicis præsertim ¶ Politicis , quia enim arduo
¶ sacro Jurisprudentiae studiose totum dedere
¶ dicare in animo habebat , omnino necessa-
rium putavit , ¶ commodum ut prius anteambu-
lis istis , ut ita dicam , scientiis instrueretur ,
quantum satis esset , sic enim tuius ¶ felicius ad
sublime illud culmen summa disciplina aditum
parari .

Jurispr. vero quo affectu , quo ve amore sit
prosecutus , satis notum est : ¶ hinc evidentissime ,
quod Collegij Justiniane apud ante lau-
datum Cl. Dn. HENRICUM RHANEN
J. U. D. Primus quasi fuerit autor , ¶ impetrator , que tamen , licet maximè cupidus , fru non
potuit ,

potuit, sic subito illum incredibili discendi cupi-
ditate detentum oppressit mors importuna, haec
aliter, ac unum olim è veteribus Philosophis, qui
moriens quoq; discere volebat. Nocens illum in-
vasit lues, & tandem etiam prorsus necavit
XXIV. Julij An. M. DC. XXXIX. licet se-
dulo & validè contrà pugnatum sit letissimis
medicaminibus, qua aduersus atrocissimum ho-
stem prudenter direxit, vir Cl. & Exp. Dn.
JOHAN ANDREÆ M. Doctor celebris.
Scilicet ad finem vitæ nostræ de ventum cum fue-
rit non revocari possumus ope humana: Eundum
est. Igitur & FABIANUS KÖLICHEN
noster olim, jam Deo proximus, & quidem ivit
in amplexus Iesu sui Servatoris, quem, quoad
spirare potuit invocavit adeò, ut nil nisi Jesus in
corde fuerit, & in ore. Testari potest hoc quis-
quis adfuit ipsi in luctâ extremâ: Testari potest,
cum optimâ morte, optimè actam vitam obsi-
gnasse. Nemo equidem illi invidébit hanc felici-
tatem, quisquis comparabit terram cum cœlo, in
quod ex illâ translatus est: Verum tamen,
propter tam repentinum excessum pij Juvenis in
maximos conjecti sunt merores, cùm pientissima
Genitrix, tûm vir Nob. & Strenuus Dn. CON-

STANTINUS KÖLICHEN in Rüstern/
quoniam illa Gnatum longè dilectissimum dum
vivat: hic vero fratrem non minus dilectum,
atq; desideratissimum luget, guttisq; humectant
grandibus ora. Nec minus & illi quibus
cum beatè defunctum quotidiana intercessit fami-
liaritas, aut aliquis amicitie usus, acerbo vexan-
tur dolore, & nunquam sine lacrimis inmemo-
riam sibi revocant, mentem ipsius candidam,
& pectus apertissimum nullo prorsus fuso obli-
tum, quod sciunt omnes quicunq; illum nove-
runt, &c.


Hæc Nobilissimi & Præstantissimi Juvenis
vita est, hic obitus: qui suo merito à nobis po-
stulat, ut sibi exequias quam honestissimas
frequentia nostra adornemus. Agite igitur,
Cives Academici, civem & commilitonem
nostrum ad suæ quietis locum deducamus,
quam fieri potest, optimè: Erit ea res nobis
ipsis & Academiz nostræ honori, matri au-
tem vidue & fratri solatio mœstissimo, desi-
deratissimum fratrem lugenti, solatio non
exiguo, omnibus deniq; meditantibus mor-
talitatem suam, eruditio emolumento, præ-
sertim,


sertim ætati juvenili, quæ licet spem vitæ diu-
turnioris, quam senilis ætas, habeat, mortis
tamen in vicinia, vel hoc ipso exemplo, se
habitare & vivere animadvertisit. Conventus
fiet in æde sacra D. Jacobi hora prima pome-
ridiana. P. P. Rostochij, Sub Sigillo

Universitatis Anno clo Ioc xxxix.

die 18. Novembr.











genij vigor , Et dederunt sese maxima bona mentis , ac nobilissima indolis pueri : eum in modum , ut ad ipsum dicimus , quod ad Telemachum Homerum et marques erescerat . Et . iiii . Ea deceptoribus privatis primò intra lares inde quoq; publicis , tum Iacobensibus erat , tum alijs , imprimis vero , viri mo atq; Doctissimo Dn. DANIEL CICERO Schole Glacensis , Münsterb tandem Greiffenbergensis quondam Puerus ductu Et disciplina totos tres auctorit exultus fuit , atq; perpolitus dilectorum monitis Et promptè obtempera ceterina profecit laudabiliter , ut , positum tium Et linguarum fundamentis , inimum Gymnasium Elizabethanum , tislavia est , ampliorem literarum mensus fuerit , quod factum est anno clx . I Biennium in eâ Palæstrâ consumit , ne otio , aut male agendo , sed strenue a vires exercendo , quod omnino faceret eum , qui unice discipulit sese penetrantis Et gloria Aedem , in quo noster totus effecisset projecto (consq; jam perve

